phetas comentariolos reliquiss&. tan
gens magis sensus quam explicans. ro
gatus est postea ut in osee plenius scri
ber&. qui liber uenit in nostras manus.
Sed & ipse nimia breuitate ad perfec
tam intellegentiā lectorem ducere
non potest. Origenes paruum de hoc
propheta scripsit libellum. cui hunc
titulum posuit. ΠΕΡΙΤΟΥ ΤΙωCωΝΟ
ΜΑCΘΗΝΤω ωCΗΕΦΡΑΙΜ. Hoc est
quare appellatur in osee effraim. uo
lens ostendere. quaecumq; contra eū
dicuntur. ad hereticorū referenda per
sonam. & aliud uolumen. ΑΚΕΦΑΛωΝ
ΕΤΑΤΕΛΕCΤωΝ. quod & capite careat
& fine. Pierii quoq; legi tractatum lon
gissimū quem in exordio huius prophe
tae die uigiliarū dominicae passionis.
extemporali & diserto sermone profu
dit. & eusebius caesariensis in xviii li
bro ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗC ΑΠΟΔΕΙΞΕωC quae
dam de osee propheta disputat. Unde
ante annos circiter xx & duos cum ro
gatu. scae & uenerabilis socrus immo
matris tuae paulae. Illud enim nomen
carnis. hoc spei est. quae monasteriorū
& scripturarū semper amore flagrauit.
Cum essem alexandriae. uidi didymum.
& eum frequenter audiui. uirū sui tem
poris eruditissimū. rogauiq; ut quod
origenes non fecerat ipse compler&.

& scriber& in osee comentarios. qui tres
libros ad me. me petente dictauit. quinq;
quoq; alios in zachariam. Nam & in ipsū
duo tantū origenes scripsit uolumina.
uix tertiam partem a principio libri usq;
ad uisionem quadrigarū edisserens. Haec
dico ut noueris quos in prophetae huius
campo habuerim praecursores. quos ta
men ut non simpliciter & non superbe.
sicut quidam meorum amicorū semper
insibilat. tuae prudentiae fateatur non
in omnibus sum sequutus. ut iudex potius
operis eorum. quam interpres existerem.
Diceremq; quid mihi uideretur in singu
lis. & quid ab ebreorū magistris. uix uno
& altero acceperim. quorum & apud
ipsos iam rara uis est. dum omnes deliciis
student & pecuniis. & magis uentris quā
pectoris curam gerunt. & in eo se doctos
arbitrantur. si in tabernis medicorū de
cunctorū operibus detrahant. Sed iam
tempus est. ut prophetae uerba ponentes
ea quae scripta sunt disseramus.
Verbum dni quod factū est ad osee filiū beeri.
LXX similiter. Verbum dni quod in principio
erat apud dm patrem & ds erat uerbum.
factū est ad osee filium beeri. ut prophetā
quoq; dm facer&. saluatore dicente. si
illos dixit deos ad quos sermo di factus ē.
& non potest solui scriptura. quem pater
scificauit & misit in mundū. uos dicitis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0011